

PROP. XVII. PROBLEMA VII.

Datam Circuli magnitudinem in datâ proportione augere, vel minuere.

Inter Terminos datæ proportionis, quære mediam proportionalem per Propos. vii. Fac deinde, vt primus Terminus proportionis, ad medium priùs inuentam, ita Circuli data diameter, ad aliam, ex quâ Circulus descriptus eandem habebit proportionem, quam termini dati.

Esto Circuli data Diameter 7. Et circulus faciendus nouies maior. Igitur Termini proportionis erunt 1. Et 9. interque eos Media proportionalis 3. sed vt 1. ad 3. ita 7. ad 21.

Circulus igitur, cuius diameter est 21. Non uplus est circuli, cuius diameter est 7.

Hæc autem operatio, cùm admodum sit morosa, & Linea Geometrica propter Instrumenti exilitatem, hîc non sit apposita, dabis aliter Problema breui & facili ratione, cui tamen præmittenda est hæc tabella, quæ sequitur.

PROPOR-